Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tua uel pes tuus scandalizat te
ab scide eum et proice abs te. Bo
num tibi est ad uitam ingredi de
bilem uel claudum quam duas
manus uel duos pedes habere mit
ti in ignem eternum. Et si oculus
tuus scandalizat te erue eum et
proice abs te. Bonum tibi est cum
uno oculo ad uitam ingredi quam
duos oculos habentem mitti in gehe
nam ignis. Videte ne contemp
natis unum ex his pusillis. Dico
enim uobis. Quia angeli eorum in
celis semper uident faciem patris
mei qui in celis est. Venit enim fi
lius hominis saluare quod peri
erat. Quid uobis uidetur. Si
fuerint alicui centum oues et er
rauerit una ex eis. Nonne dimit
tit nonaginta nouem in deserto
et uadit querere eam que erra
uit. Et si contigerit ut inue
niat eam. Amen dico uobis quia
gaudebit super eam magis quam
super nonaginta nouem que non
errauerunt. Sic non est uoluntas
ante patrem uestrum qui in celis
est ut pereat unus de pusillis istis.
Si autem peccauit in te frater tuus
uade corripe eum inter te et ipsum
solum. Si te audierit lucratus
es fratrem tuum. Si autem te non au
dierit adhibe tecum unum uel duos
testes. ut in ore duorum uel trium
testium stet omne uerbum. Et
si non audierit eos dic ecclesie. Si
autem ecclesiam non audierit sit ubi
sicut ethnicus et publicanus. A
men dico uobis. Quecumque alligaueritis super terram erunt ligata et in celis. Et quecumque soluetis super terram erunt soluta et in celis. Iterum dico uobis quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcumque peccauerit fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim duo uel tres congregati fuerint in nomine meo. ibi sum ego in medio eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit ei Domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei. usque septies. Et dicit illi ihesus. Non dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet iussit eum dominus eius uenundari et uxorem eius et filios et omnia quecumque habebat et reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus seruo illius dimisit eum et uniuersum debitum dimisit illi. Egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia redda